Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De iustistia et iure - Cod. Ettenheim-Münster 197

Bach, Iacobus

[S.l.], 1636

Sectio II.

urn:nbn:de:bsz:31-117148

Visual Library

tn n sufficiet vnig testimonium nisi alys adminiculis adiuvetur, conducet a. ad minuendam culpam iudicij temerarij, quando e. prona testificans facit verè plenam fidem, vel certè n notabiliter deficit a plena fide. n e etiam notabilis iniuria credere pp illig testimonium, etiamsi firmiter & sine formidine credatur.

Vltimo loco advertendum e cum S. Thoma dicto art. 4. ad 3. qd licet n liceat interpretari rem dubiam in partem deteriorem definiendo, expedit tn eā ita interpretari per quandam suppositionem, hoc e, ita nos gerere in praecavendo e in adhibendo remedium, ac si ille alig eet iniquus, hoc e. pacto Superiores & Praelati nihil mali de subditis praesumentes, ita tn debent pro illis invigilare, ac si verè mali eent.

SECTIO II.

Quomodo peccet Iudex in vsurpatione iudicij sine debita scientia.

A Iudicio interno transeamg iam ad iudicium externum, qd e proprium muneg Iudicis. requiruntur a. in Iudice ante actum iudicij duo potissimum, nempe scia sufficiens, e iurisdictio legitima. De vtrag agendum nobis e, & prig de scia, de qua sit Prima conclusio. Qui petit aut suscipit muneg Iudicandi quo ita indignus e vt sit verisimile aliqd notabile detrimentum inde eventurum, peccat mortaliter. Haec e comis, quam docet Navarrg in manuali cap. 25. num. 12. Antoning 3. p. art. 9. cap. 2. in princ. & 2. p. tit. 1. cap. 19. §. 4. Gabriel in 4. dist. 15. q. 6. notabili 2. Bulgos de Paz proemio in l. tauri num. 164. & aly comiter. Ratio a. e clara, qa n minus tenetur Iudex ad bonam sui muneris administraoem quam Medicus, Chirurgg & aly similes, qui tn tenentur abstinere ab ys officiys si n habent eam peritiam quae requiritur ad bene e vtiliter ea exequenda., qd si aliqd notabile detrimentum litigantibg acciderit, sive in substia litis, sive in expensis superfluis pp Iudicis ignorantiam culpabilem, id totum Iudici imputatur eum obligando restituendi.

Dubium e: qualis culpae requiratur in Iudice vt teneatur ad restitutionem damnorum? Pro quo nota duplicem eē culpam, alteram Iuridicam, alteram Theologicam. primam

conni=

considerat Iurisperitus, 2dam Theologus, qa involvit peccatum sive mortale sive veniale. rursus culpa Iuridica alia e latissima, alia latior, alia lata, alia levis, alia levissima. Culpa latissima e dolus apertus, latior e dolus praesumptus, lata e omissio eius diligentiae quam coiter hoies illius conditionis solent adhibere. Levis e omissio diligentiae quam diligentiores & prudentiores adhibent. Levissima denique e omissio diligentiae quam adhibent diligentissimi e prudentissimi. De culpa latissima & latiori n dubitamus nunc. Exemplum culpa latae e, si librum meum tibi commodatum reliquisti in atrio. Culpa levis e si posuisti in cubiculo sed non clausisti. Culpa levissima e si clausisti ostium sed n tentasti postea ~~an eet~~ ad videndum an eet clausum e vere n fuit clausum. Hoc supposito dubitatur an Iudex teneatur ex culpa levissima e levi, an solum ex culpa lata.

Prima opinio docet teneri ad restitutionem ex culpa levissima, imo etiamsi accuratissime munus suum exercuit, si tn ipse ultro obtulit se tali muneri. pro hac sentia affertur Baldus in l. quae fortuitis C. de ignorantia actione. Bulgarus in Auth. hodie. Co. de iudiciis & ibidem Paulus Castrensis e Albericus, Iason in l. certi iuris colum. j. num. 3. C. de iudiciis, e idem tenent de Iudice e Avocato, Antonius de Butrio relect. in c. ad aures de aetate & qualitate col. 5. e capite tua nos. col. 2. de homicidio & alii multi Iuristae.

2da sentia docet n teneri etiamsi ultro se obtulerit ~~...~~, si tn debitam diligentiam adhibuit. ita Salicetus in dicta A. hodie & probat ex A. decernimus C. de arbitris.

Tertia sentia distinguit, nam vel Ille cum eet imperitus sponte suscepit officium Iudicis, e tunc tenebatur ad restitutionem etiam ex culpa levissima, si tn erat dignus & debitam diligentiam adhibuit, n tenebatur ad restitutionem damni secuti. ita Bulgarus loco citato num. 170. e quidem prima pars pbtur ex l. imperitia ff. de reg. iur. cum aliis quae congerit Panormitanus capite qa iudicante, de praescriptionibus. e qa n caret gravi culpa qui cum ea ineptitudine officium suscepit ex regula n e sine culpa de reg. iuris in 6to. e ex l. culpa. ubi late Decius ff. eod. tit. 2da vero pars videtur ee Antonini 2. p. tit. j. cap. 19. §. X4. e pbtur: qa satis excusatur qui, qd potuit facere, fecit.

Dico primo. quando nulla fuit culpa in assumptione officii nec in retentione e executione, certum e nullam ee obligationem restituendi damnum secutum postea

libi=

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK gefördert durch Baden-Württemberg MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

litigantibus, quia tunc neque oritur ea obligatio nec ex re accepta, nec ex iniusta acceptione, nec ex contractu & ex nullo capite nascitur talis obligatio. Dices nasci ex contractu tacito inter Iudicem et litigantes. Sed contra, quia Iudex solum se obligat ad exercendum munus suum diligenter et accurate nec vult aliter se obligare ad detrimenta fortuita litigantium & si Iudex adhibet curam et diligentiam debitam ad nihil tenetur, quicquid postea subsequatur.

Dico 2do. Etiamsi accipiendo et retinendo officium peccarit contra Iustitiam eo quod est indoctus et insufficiens, si tamen postea sua diligentia tantum assecutus fuit quantum Iudex doctus assequeretur, non tenetur ad restitutionem, quia damnum tunc sequitur non sequitur iam formaliter ex Iudicis imperitia, sed ex difficultate causae quam nec doctus quidem Iudex superare fortasse potuisset.

Dico 3tio. Si damnum procedit ex culpa levissima sive in assumptione sive in executione officij non tenetur Iudex ad restitutionem. hoc etiam est communis, pro qua est Silvester restitutio 3tio. q. 5. et 8. Navarrus cap. 17. num. 180. et alij contra Adrianum et alios quos refert Vasquez tract. de restitutione cap. 2. §. 2. num. 33 et 34. et ratio est, quia nemo in suo munere tenetur esse prudentissimus, satis erit si prudenter se gerat sicut caeteri prudentes. unum tamen casum excipiunt communiter DD. quando scilicet aliquis profitetur se diligentissimum, sapientissimum, et peritissimum et quaerenti in hoc non mediocrem sed diligentissimum Artificem sese offert ut talem; quae doctrina poterit etiam applicari ad Iudicem cum proportione. hanc tamen limitationem limitat rursus Vasq. ubi supra cuius doctrina licet generalis sit ad omnes artifices, potest deservire ad praesentem materiam.

Dico 4to. Neque etiam tenetur Iudex ex culpa levi. hoc etiam est tam communis, quam post alios sequitur Vasquez ibi et Lessius lib. 2. cap. 7. dub. 7. quia oppositum esset gravissimum onus, quale Iudices in se non agnoscunt nec creduntur velle sibi imponere quando ea officia suscipiunt. Nec Respublica videtur exigere plus ab ipsis quam Dominus exigat a famulis, ab Oeconomo, et alijs ministris, qui ex officio solum tenentur sub culpa gravi eam diligentiam adhibere quam coeteri prudentes adhibent in eo officio. Fateor aliquando in ijs admittari culpam gravem et latam, quae in alijs, qui non tenentur ex officio, existimaretur levis, coeterum illa ipsa dicitur lata et gravis in illis, ut notat Lessius, quia non excedit communem diligentiam aliorum prudentum in illo munere.

Dices: qui ex contractu tenetur custodire rem, obligat

ad

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg

ad damnum ex culpa non solum gravi et lata sed etiam levi, ut commodatarius qui rem habet sibi commodatam, tenetur pretium solvere si pereat ex eius culpa levi; ergo et Iudex tenebitur etiam ex culpa levi, nam videtur constitutus custos Iustitiæ et Iuris litigantium. Respondeo inprimis aliquos existimare commodatarium et alios similes non obligari in foro conscientiæ nisi ex culpa lata. ita tenet Sotus, Emanuel Sà, Henriquez et alij quos affert Lessius ubi supra num: 35. quam sententiam ipse dicit non esse improbabilem ante Iudicis condemnationem regulariter loquendo. Communis tamen sententia concedit commodatarium teneri ex culpa etiam levi et levissima, tunc scilicet quando contractus cedit in solam utilitatem illius apud quem erat res quæ perijt, ut contingit communiter in commodato. Si vero contractus erat in utilitatem solius Domini, ut contingit sæpe in deposito, tunc depositarius solum obligatur ex culpa lata. Denique si contractus erat in utilitatem utriusque, tunc qui rem habebat, obligatur ex culpa lata et levi, non ex levissima, ut explicat Lessius ubi supra et Vasquez dicto §. 2. dub. 6. qua communi sententia supposita Respondeo hanc regulam solum procedere in contractu, non vero in casu nostro in quo nulla obligatio nascitur ex contractu, nam Iudex solum tenetur ex officio, sicut famulus et alij officiales, hæc autem obligatio non est nisi exequendi prudenter suum munus, ut constat ex ipsa praxi, nam ut testatur Iulius Clarus lib. 5. practicæ criminalis §. fin. q. 73. num. 3. Iudices et alij officiales hodie non accusant in Sindicatu, nisi de dolo et culpa lata, ubi affert alios Authores ad idem intentum.

Dico ultimo. Probabile est Iudicem non teneri in conscientia ad damnum solvendum etiam ex culpa lata nisi illa fuerit etiam culpa Theologica et quidem gravis. hanc tenet Sotus lib. 4. de Iustitia q. 7. art. 2. in fine corp. et eam videtur insinuare Lessius ubi supra cum alijs num. 27. et placet multis recentioribus doctissimis. Ratio autem est, quia, ut notat bene Navarra lib. 3. de restitutione cap. 1. obligatio restituendi non oritur nisi ex iniusta acceptione, vel ex re accepta; illa vero alia obligatio quæ oritur ex contractu non est proprie obligatio restituendi sed solvendi, in nostro autem casu Iudex non debet ratione rei acceptæ, ut constat, nec ratione iniustæ acceptionis, cum non præcesserit culpa gravis in Iudice, ut suppono, ergo ex nullo capite habet obligationem restituendi pro damno subsecuto. huic doctrinæ videtur favere Navarrus cap. 27. num. 2. ubi ait Confessarium tunc solum teneri ad restituendum, quando ex ignorantia crassa vel affectata non præcepit poenitenti restituere, quo etiam modo loquitur cap. 15. num. 24. et cap. 17. num. 132.

et cap.

e cap. 25. num. 39. vnde Doctores comiter dicentes qd aliquis tenetur rãe officij ex dolo & culpa lata, intelligendi st de culpa lata qualis regulariter e'e solet admixta peccato gravi, nam licet Vasq. vbi supra rarissimum e'e qd contingat q illa culpa lata sine peccato gravi, displicet tn qd addit Vasquez ibi & Surriang in prox. disp. jj. dub x num. 12. si contingeret sine peccato gravi culpa lata adhuc obligare graviter ad restitutionem.

Petes: cur ex peccato veniali n pot oriri obligão gravis restituendi. Rx qa culpa venialis n e iniuria pfecta, quare n debet parere obligaoem gravem restituendi, quæ e quasi poena consecuta ad malitiam illq actionis, & sicut ex contractu n nascitur obligão quando consensq fuit præstitq cum semiplena advertentia, nec votum eo modo emissum obligat, sic etiam iniuria illata cum imperfecta illa advertentia & solum venialiter culpabilis n pt parere obligaoem gravem, qa n e a caa pfecta pfecte & plene voluntaria.

Dices: nascetur saltem obligão restituendi sub veniali, sicut qui furatur rem parvam tenetur sub veniali restituere, quæ obligão nascitur ex culpa solum veniali. Sed contra qa illa ablão rei parvæ fuit cum plena advertentia & plenè voluntaria, quare n e mirum si parit obligaoem levem in suo genere, at verò in nro casu n fuit advertentia plena ad damnum grave, atq ideo iniuria gravis n fuit plene voluntaria, & per consequens n parit obligaoem in suo genere seu ad totum illud damnum reparandum, sicut etiam qui vovet rem parvam tenetur sub veniali implere promissum, qui verò vovet rem magnam sine plena advertentia ad nihil tenetur.

Dices iterum: si post multa furta minuta addatur aliud quo perveniatur ad notabilem summam, nascitur iam obligão gravis restituendi, & tn via illa furta fuerunt peccata venialia, ergo ex culpa veniali pt nasci obligão gravis restituendi. Rt vel illud vltimum furtum fuisse peccatum grave eo qd fieret post alia, vel obligaoem restituendi n nasci immediate ex illo furto, sed ex retentione totiq illiq summæ, quæ retentio e culpa gravis.

Vrgebis adhuc qui projicit in mare gemmam alienam valentem 1000 putans valere centum, tenetur restituere mille & qui existimaret valere duo, & per consequens n e'e maam gravem, adhuc tenebitur restituere centum quæ valebat, & per consequens ex peccato veniali oritur obligão gravis restituendi. Prima conseq. pbr: qa ignorantia valoris vt mille n excusat a restituendis

mille

mille. & ignorantia valoris vt centum, n excusabit a reddendis centum.

R. negando primam conseq. & ad eius probaõem dicimus n ee solam ignorantiam quæ excusat in casu consequentis, sed carentiam iniuriæ gravis, quæ carentia n datur in casu antecedentis. raõ a. differentiæ e, qa ubi datur iniuria gravis, eo ipso consequitur obligaõ resarciendi totum damnum qd inde sequitur illi qui patitur iniuriam qtcunq illud sit, atq etiamsi ignoretur. sic ei qui e in mora restituendi imputantur casus fortuiti postea subsecuti & n prævisi, si v: g: debes librum alienum restituere & dum ees in mora restituendi incendio fuit consumptus, debes illius valorem restituere, qa nimirum iniuria gravis affert secum hoc onus reddendi incolumem eum qui iniuriam patitur, & per consequens satisfaciendi pro oi damno qtcunq illud sit; nam licet nescias valorem maiorem quem habet, de facto tn vis destruere totum eius valorem quicunq sit, & hoc ipsum vis per iniuriam gravem, quæ reddit te dignum illa quasi poena quæ connaturaliter sequitur ad id qd facis, & quam implicite acceptasti per illum actum.

Ex dictis infero primo etiamsi Iudex petierit munus iudicandi atq etiamsi alij eent digniores, dum tn ipse eet dignus & debitam diligentiam adhibeat, n peccare mortaliter, nec teneri ad restituenda damna, qa quicquid sit de peccato eligentis eum in Iudicem relictis dignioribus, electus tn tutus e in conscientia, vt docet Soto l. 3. de Iustitia q. 6. art. 2. col. 14. hoc corollarium e contra Angelum verbo culpa. §. 5. & Silvestrum §. 41. docentes Iudicem qui officium petierit, teneri ex culpa levi si alius diligentior fuisset. nram tn sentiam tradit Burgos ubi supra num. 174. & seqq. qui addit hoc intelligi nisi ex dolo vel inepdacis electi alius dignior fuisset relictus ex l. 2. ff. qd quisq iuris, & ex his quæ tradit Paulus Castrensis dicta l. hodie C. de iudicijs.

Infero 2do Iudicem qui agnoverit errorem a se factum in præiudicium litigantis, etiamsi absq sua gravi culpa factus fuerit, teneri illum errorem impedire si potuerit citra infamiam propriam; qd quidem fieri poet admonendo secreto partem læsam vt sibi appellaõe aliove simili remedio consulat, iuxta ea quæ in simili, de teste docet Caietanus 2da 2dæ q. 70. art. 4. & quæ coiter tractant DD. in capite præterea de testibus cogendis. raõ a. e, qa totum hoc pertinet ad debitam sui muneris executionem, & qa alioquin si, dum pt, non

impedit

impedit suum errorem, imputabiter iam ei quasi conservanti id per inaduertentiam inculpabilem prius non imputabatur.

SECTIO III

Utrum Judex existens in peccato mortali vel excommunicatus possit validè et licitè iudicare.

De existente in peccato mortali fuit error aliquorum qui dicebant illum eo ipso carere omni iurisdictione et ipsius sententiam esse irritam, ut referunt Waldensis tom. 2. de Sacris cap. 3. et Soto in 4to dist. 1. q. 5. art. 5. quam etiam sententiam docuit Armacanus de quaestionibus Armenorum lib. 10. cap. 4. hic tamen error damnatus in Concilio Constant. sess. 8. et 15. et impugnatur a praedictis Authoribus et a S. Thoma 4 contra gentes cap. 77. videatur Valentia in praes. disp. 5. q. 10. puncto 3. qui hoc ex Scriptura et PP. probat, Suarez lib. 3. de legibus cap. 10. et alij multi, quos congerit Salas disp. 7. de legibus sect. 15. Ratio a priori est, quia dominium et Jurisdictio fundatur in libero hominis arbitrio quod per peccatum non destruitur et sicut pater adhuc post peccatum manet pater et habet potestatem in filios, ita superior manet superior et habet potestatem in subditos. a posteriori etiam probatur: quia alioquin nihil esset certum in praeceptis superiorum, nunquam enim constaret de statu gratiae et sanctitatis in praecipiente, ac per consequens semper dubitaremus de eius potestate, quod esset magnum inconveniens ad regimen humanum.

Hinc etiam dicendum est per se loquendo Judicem peccatorem tam Ecclesiasticum quam saecularem non peccare in administratione sui muneris, ut docet S. Thomas in praes. q. 60. art. 2. ad 3. Caretanus ibi, Soto lib. 3. de Justitia q. 4. art. 2. ad 3. quia reddere alteri quod ipsi debetur, non est actus prohibitus peccatori, nec actus iudicij, qui est actus Justitiae. dixi tamen per se loquendo, quia potest aliquando per accidens esse peccatum grave propter scandalum, potest enim aliquando subditi grauiter scandalizari atque ad impatientiam et alia peccata incitari, videntes superiorem vel Principem eodem peccato gravius infectum punire et condemnare grauiter illud idem peccatum in subditis, quod etiam generat contemptum Justitiae, et in hoc sensu intelligi etiam potest illud Pauli ad Rom. 2. in quo iudicas

alterum,